

D. IO. IACOBVS MOSER,

S. REGIAE MAIESTATIS BORVSSICAE CONSILIA-  
RIVS INTIMVS, ACADEMIAE FRANCOFVRTANAЕ  
DIRECTOR, IVRIVMQVE PROFESSOR  
PRIMARIUS etc.

EX GERMANORVM IVRE PVBLICO

DE

# EXERCITIO RELIGIONIS DOMESTICO

EIVSDEMQUE IVRE INTER EOS, QVI  
DIVERSA SACRA COLVNT,  
DISSERIT,

INSIMVLQVE REIPVBLCAE FRANCOFVRTENSIS  
OMNIVM ORDINVM PROCERES ATQVE CIVES,

## VT ORATIONI INAVGVRALI

PROXIMA DIE XIX. IVNII HABENDAE  
BENIGNE INTERESSE NON DEDIGNENTVR,  
DECENTISSIME ROGAT.

---

FRANCOFVRTI AD VIADRVM,  
Typis SIGISMUNDI GABRIEL. ALEX.  
A. M DCC XXXVI.



Coll. diss. A  
202, 18

Diss. A. 202. (18).





Constitueram quidem apud animum, disserere hoc loco de Exercitio Religionis tum publico, tum priuato, tum domestico, eiusdemque iure inter eos, quidiversa Sacra colunt, cum vero periculum rei facerem, mox animaduerti, me in materiam incidisse fertilitatis tantae, quae vix vno alteroue tam paucarum pagellarum Schediasmate, non dicam exhauriri, sed ne degustari quidem pro dignitate rei sane grauissimae queat. Mutauit ergo ex parte consilium, atque intra cancellos *Exercitii Religionis domestici* subsisto eo lubentius, quo magis me, vix hic loci aduentantem, per occupationes longe plurimas hinc inde distrahi in aprico est, quoque magis in eo totus quantus quantus sum, vt officium clementissime in me collatum suscipiam ocios, eoque rite defungar; id quod etiam excusationem, vt spero, facile mihi parabit apud aequos rerum arbitros, quod ne hoc quidem de Exercitio Religionis domestico pensum pertexuerim integrum.

## §. I,

**P**rius autem, quam ad ipsam rem accedam, monendum est Lector horum cupidus, historiam sacrorum publicorum, priuatorum atque domesticorum ex Antiquitatibus Ecclesiasticis longe (vt nunquam non solum Vir plane Illustris) doctissime concinnatam reperiri in BOEHMERI Diss. de priuatis Legator. sacris Cap. I.

## §. II.

Tum et hoc sciendum, materiam hanc saepius occurrere in Praxi et vita communi: vt fidem aliquam dicto faciam, prouoco tum ad ea, quae de motibus religiosis in ditione Salisburgensi paucis abhinc annis exortis alibi occurrent, tum ad Reuersales Serenissimi Würtembergiae Ducis iam Regnantis, Domini mei Clementissimi, vbi haec leguntur: So wollen Wir auch ein gleiches wegen unserer Statt Ludwigsburg obseruiren, den dortigen Catholischen Gottes-Dienst aber bey denen allda Eingesessnen bloß in den Schranken einer priuat-Deuotion, wie solches das Instr. Pac. Westph. art. 5. §. 34. in der gleichen Fällen vorschreibt, und zwar ebenmäig nach den Principiis der Evangelischen Fürsten und Ständen des Reichs, sezen lassen. vid. FABRI Europ. Staats-Cantzl. Tom. 64. p. 201. Meine Reichs-Famam Part. 18. p. 662. Plura et plurima alia hisce gemina partim suo loco a me (propria in his experientia edocto,) producentur in medium, partim prostant hinc inde in Actis Imperii nostri publicis, ex quibus, testibus vel exemplis modo prolatis, et hoc apparet, casum hunc toties fere occurrere in regionibus Romano-Catholicam Religionem profitentibus, ac in Euangelicis, adeoque regia mediaque via omnino hic incedendum esse, non ex capite tantum Juris atque aequitatis, verum et consilii. Iam ad rem ipsam.

## §. III.

## §. III.

Exercitii Religionis domestici siue Definitio siue Descriptio equidem, quod sciam, non extat in Imperii nostri Legibus Actisue publicis, insignis tamen locus est, remque luce sat clara profundens, qui in *Instr. Pac. Osn. art. 5. §. 34.* deprehenditur, atque ita se habet: *Placuit porro, ut illi Catholicorum Subditi Augustanae Confessioni addicti, ut et Catholic Augstanae Confessionis Statuum Subditi, qui Anno 1624. publicum vel etiam priuatum Religionis suae exercitium nulla Anni parte habuerunt, nec non, qui post Pacem publicatam deinceps futuro tempore diuersam a Territorii Domino Religionem profitebuntur et amplectentur, patienter tolerentur, et conscientia libera domi deuotioni suae sine Inquisitione aut turbatione priuatim vacare, in vicinia vero, ubi et quoties voluerint, publico Religionis exercitio interesse, vel Liberos suos exteris suae Religionis Scholis, aut priuatis domi Praeceptoribus instituendos committere non prohibeantur etc.*

## §. IV.

Non iam vacat, integra in Pacificatione Westphalica quoad hoc punctum actitata percurrere, atque transferenda huc transferre; utilissimum hoc fore lubens agnosco, at praeclusus tempore in aliam occasionem non defuturam haec mihi seruo, pauca quaedam interim Speciminis loco adducturus. Constat scilicet, quam acriter tum in Comitiis illis Augustanis Anno 1555. celebratis, tum et postea disceptatum fuerit de concedenda Statuum Catholicorum Subditis libertate, amplectendi, si velint, Religionem Evangelicam, et hunc in casum concedendo ipsis publico Religionis huius exercitio; Conf. STR V-VII Histor. der Relig. Beschwerd. Part. I. p. 252. seqq. at nihil actum vel obtentum. Conquestum desuper, in specie de ademta Subditis libertate exercitii Religionis

A 3

dome-

domestici, a statibus Euangelicis sub initium Traetatuum Westphalicorum. Ita enim in Grauaminibus ipsorum legitur tum apud CORTRE IVM ad Pac. religios. p.300. tum apud plures alios : Dessen aber allen ungeachtet seynd die arme Evangelische Unterthanen hin und wieder auch an den Orten , da sie das Exercitium theuer erworben , auf das allerunbarmherzigst gedruckt und verfolgt worden, indem man ihnen nicht allein das Exercitium publicum genommen, sondern auch in der Nachbarschafft sich dessen zu gebrauchen aufs schärfst verbotten, ja auch nicht priuatim eine Predigt zu hören, oder zum wenigsten Evangelische Bücher zu lesen, und Gott mit Gesang zu loben verstatten wollen, sondern auf das schärfst Achtung gegeben, und wo nur einer zu Beruhigung seines Gewissens und um mehreren Trostes willen etwa Predigt, Nachtmahl, Tauff und Copulation an andern Orten , da das Evangelium rein gelehret, und die Sacramenta nach der Richtschnur Göttlichen Wortes administraret werden, gesuchet, oder Evangelische Geistliche zu sich erfordern lassen, ist solches viel höher, als man etwa grobe verbottene Laster anzusehen pflegt , mit grossen unerträglichen Geld-Bussen oder langwüriger Gefängniß gestraffet worden , wie noch gegenwärtig in diesem Stift Osnabrück, und zwar in Conspectu und ohne einigen Respect dieses ansehnlichen Convents geschicht re.

## §. V.

Verum enim vero furdo narrabatur fabula , insiste-  
bant quippe Catholici Iuri reformandi atque emigrandi ;  
quibus ita compositis temperamenti loco ab Euangelicis  
in Confessu 6. mense Aprili Anni 1646. habitu haec pro-  
posita sunt : Weil 2. der übrigen Unterthanen halber, die  
dergleichen Fundamenta wegen des Exercitii publici nicht  
für

für sich haben, die Herrn Catholische, über alles Verhöffen, zu verstehen geben, daß sie ihnen das die Exercitium publicum, auch nicht das priuatum einräumen könnten; so könnten sie, Evangelische, jedoch davon nicht abstehen, daß den Unterthanen die Libertas Conscientiae verstattet, sie zur Emigration nicht getrungen, sondern ihnen freigelassen werde, zu bleiben, und das Exercitium ihrer Religion in der Nachbarschafft zu suchen, auch in ihren Häusern Gott mit Lesen, Singen und Beten zu dienen, ihre Kinder in die benachbarte Evangelische Schulen zu schicken, oder ihnen Evangelische priuat-Praeceptores zu halten, auch zu Trostung der Kranken und dieselbige mit dem Heil. Nachtmahl zu versehen, ingleichem zu Kindtauffen, und Copulation Evangelische Priester aus der Nachbarschafft zu hohlen, welches alles nicht allein von denen Evangelischen Unterthanen zu verstehen, die jezo vorhanden, sondern auch die künftig zur Evangelischen Religion treten, oder aus Evangelischen Fürstenthum und Landen unter Catholische Obrigkeit sich begeben werden ic. CORTREIVS l.c. p. 340.

## §. VI.

Repetiere priora Catholici, sed et prioribus institere Euangelici, dum in der ferneren Erklärung pro Grauam. l.c. p. 354. §. 27. haec posuere: Diejenige Unterthanen, die unter geistlicher oder weltlicher Obrigkeit gesessen, und das publicum Exercitium Religionis Euangelicae weder vor oder nach dem Religions-Frieden gehabt, die sollen gleichwohl bey der Libertät ihres Gewissens gelassen, und ihnen nicht gewehret werden, in ihren Häusern mit Lesen, Singen und Beten Gott zu dienen, auch das öffentliche Exercitium in der Nachbarschafft, wo und wie es ihnen gefällig, zu suchen, ihre Kinder in Evangelische Schulen zu schicken, auch zu Copulationen, Kindtauffen und

und Kranken mit Trost und dem Heil. Abendmahl zu versehen, Evangelische Prediger aus der Nachbarschaft holen zu lassen.

## §. VII.

Repulsam et hac vice tulerunt Euangelici, neque tamen pertulerunt, sed in Proiecto mense Augusto 1646. edito denuo postulauerunt : 14. Diejenige Evangelische Unterthanen, so unter Catholischer Geistlicher oder Weltlicher Obrigkeit, jedoch ohne habenden und hergebrachten Exercitio Religionis gesessen und zu der Augspurgischen Confession sich bereits bekennen, oder künftig noch bekennen und wenden möchten, sollen nebst ihren Kindern und Gesind um der Evangelischen Religion willen das ihrige zu verkauffen, und aus dem Land zu ziehen, sonderlich so lang sie sich als getreue Unterthanen verhalten, nicht gezwungen, sondern bei der Libertät ihres Gewissens und Berrichtung ihres Gottesdiensts in denen Häusern mit Singen, Lesen und Beten ohnbehindert gelassen, auch dem öffentlichen Exercitio in der Nachbarschaft beizuwohnen, ihre Kinder in die Evangelische Schulen zu schicken, oder priuatos Praeceptores Euangelicos zu halten, wie auch in casu necessitatis, sonderlich bei ungesunden Zeiten und zustehenden Schwachheiten, zu Copulationen, Kindtauffen und Versehungern der Kranken mit Trost und dem Heil. Abendmahl Evangelische Prediger, die sich gleichwohl in terminis solcher Actuum und außer deren unverweislich zu halten, aus der Nachbarschaft holen zu lassen, von dem Catholischen Magistrat jeden Orts ganz ungehindert und ohnverwehrt bleiben. CORTREIVS l. c. p. 362.

## §. VIII.

Idem repetire in der endlichen Gegen-Erklärung eodem mense Catholicis exhibita §. 15. vbi tamen post

post verba: wenden möchten additur; ingleichen der Evangelischen jetzige und künftige Catholische Unterthanen; contra omittitur in sequentibus verbum: Evangelisch (um der Evangelischen Religion willen) item vocula: fonderlich (sonderlich, so lange sie sich ic.) denique et post: unverweßlich adiectum conspicitur: auch wenn in Reichs-Stäßen und deren Territoriis deswegen ein gewisses herkommen und paciscirt, demselben geinäß. ic. l.c.p. 371.

## §. IX.

At respuebantur haec omnia a Catholicis pertinacissime, hoc tamen addito: Dass die Domini territoriales ein solch Temperament in diesen passu werden zu gebrauchen wissen, dass sich keiner mit Fug darüber wird zu beschweren haben. CORTREIVS p. 378.

## §. X.

Euangelicis contra haec non sufficere merito fuit visum, hinc Proiecto Instrumenti Pacis mense Nou. An. 1646. exarato haec inseruere: Euangelici Catholicorum Subditi, sicut et Euangelicorum Catholici Subditi, quibus publicum Religionis suae Exercitium nec pacto, nec longo usu vel Priuilegio competit, intra biennium a publicata Pace nomina apud Magistratum vel coram Notario et Testibus professi, ipsorumque Descendentes et Domestici propter Religionem bona distrahere et solum vertere nunquam cogantur, sed domi suae tuti precibus piisque hymnis et Lectioni Diuinorum aliarumque Scripturarum libere vacent, neque ullo modo prohibeantur apud finitos, ubi et quotiescumque libuerit, publico Religionis exercitio interesse, vel Liberos suos exteris Euangelicis scholis, aut priuatis domi Praeceptoribus instruendos committere, vel e vicinia Sacerdotes accersere, quoties iungenda Matrimonia, vel infantes sacrum Baptisma, vel aegrotorum imbecillitas usum Dominicae Coenae, Verbi que Diuini solatia exposcunt. Aequum vero est, ut ita ad-

B

missi

*missi Verbi Ministri modeste se gerant, et in terminis dictorum negotiorum se contineant, adeoque si in Ciuitatibus Imperialibus aut alibi eiusmodi commeatus consuetudine illigentur, ea rata sit. l.c. p.384.*

### §. XI.

At silentio haec inuoluebant Catholici in suo, quod isti opposuere, Proiecto, Euangelici vero denuo vrgebant rem in Differentiis mense Ianuario 1647. collectis, *ibid. pag. 397.* neque tamen conuentum est inter partes in Colloquiis super his Differentiis vltro citroque habitis, *ibid. p. 410. seq.*

### §. XII.

Hisce non obstantibus Euangelici denuo in Proiecto Pacis m. Apr. 1647. conscripto postulauerunt: *art. 16. §. 10. Euangelici vero Catholicorum, tam Ecclesiasticorum, quam Secularium Magistratum subditi, praesentes et futuri, qui neque longo vsu, nec singularibus pactis innituntur, una cum liberis et Domesticis priuata saltem et diuinitus concessa conscientiae libertate gaudeant.* Idemque de Catholicis Euangelicorum praesentibus futurisque subditis Iuris esto. Nec omnino quisquam ob Religionem sua distractabere et solum vertere cogatur etc. vt supra) B. Antecessor HOFFMANN. in *Scr. rer. per German. ad Transact. Passau. gestar. Tom. 2. p. 96.*

### §. XIII.

Tandem in Proiecto vltimo m. Jun. 1647. excuso haec admisere Legati Augustissimi Imperatoris *art. 12. Illi vero Catholicorum subditi Augustanae Confessioni addicti, vt et Catholic Augstanae Confessionis Statuum subditi, qui An. 1624. publicum aut priuatum Religionis exercitium nulla Anni parte obtinuerunt, quotquot eorum tempore publicatae per Imperii Circulos praesentis Pacificationis in unius vel alterius Religionis Statuum immediatorum Ditionibus habitare deprehenduntur, quibus etiam ii annumerandi erunt, qui,*

*qui, ob calamitates bellicas euitandas, non tamen animo transferendi domicilium, alio commigrarunt et facta Pace in Patriam redire volunt, Religionis causa solum vertere, bona vendare et emigrare nullatenus cogantur, sed patienter tolerentur, conscientia libera domi deuotioni suae sine inquisitione aut turbatione priuatim vacare, in vicinia vero, ubi et quoties voluerint, publico Religionis exercitio interesse, vel liberos suos exteris Augustanae Confessionis scholis, aut priuatis domi Praeceptoribus instruendos committere non prohibeantur, sed eiusmodi Landsassii, Vasalli et Subditi in ceteris officium suum, cum debita erga suos Superiores reuerentia adimpleant, nullisque Turbationibus ansam praecbeant. Ibid. p. 128.*

## §. XIV.

Sed praeter opinionem retraxere pedem in Proiecto m. Ian. Anni 1648. Euangelicis tradito, omissò plane integro hoc paragrapho; l.c. p. 156. attamen ad ulteriorem horum instantiam res denique ita fuit composita, prout superius conceptis Instrumenti Pacis verbis retulimus. Neque vero quisquam existimet, haec otiose satis a metam prolixè enarrari, et inseruire ea tantum implendae chartae; etenim, quantum ex Historia cum Legum Imperii nostri publicarum in vniuersum, tum huius etiam Legis pendeat, perspiciemus ex sequentibus.

## §. XV.

Haec tenus dicta si iam conuertamus in succum et sanguinem, apparet omnium primo, non a solis Iuris publici Doctoribus inuentam esse distinctionem inter Exercitium Religionis priuatum atque domesticum, sed in ipsis Imperii Legibus fundamentalibus radicatam deprehendi. Evidet videtur, quod Status Euangelici ab initio duas tantum constituerint cultus religiosi species, Exercitium puta publicum atque priuatum; (§. 4) cum vero Catholici iis subditis, qui neque pactis, neque obseruantia An-

ni decretorii erant muniti, ne priuatum quidem exercitium vellent concedere, neque spes supereffet, eos in aliam concessuros esse sententiam, tum demum necessitate, matre nouarum inuentionum admodum foecunda, eo videntur fuisse adacti, vt de tertia specie cogitarent, puta domestica; hanc enim non ita nominabant quidem, at per partes eundo describebant, et a cultu Dei priuato aperte distinguebant. (§. 5.) Et licet post haec subinde priuatum Exercitium cum domestico confundi, certe vtrique species a se inuicem non curate satis distingui videatur, in vltimis tamen Proiectis aequae ac in ipso Instrumento Pacis textu euidenter tres iterum constituuntur Religionis Exercitii classes: etenim fit mentio 1) eorum, qui A. 1624. publicum Religionis exercitium obtinuerunt, 2) eorum, qui priuato, et denique 3) eorum, qui neutro gauisi sunt. Et quamuis haec non tam ad ipsum Religionis exercitium, quam ad certa hominum genera, habitamque ab iis in Anno decretorio possessionem vel non habitam pertinere prima fronte videantur, nullum tamen est dubium, quin, prout mox sub initium Tractatum triplicem Exercitii Religionis speciem indubie constituere Euangelici, ita et hic eo respexerint, et pro diuerso statu possidentium in Anno decretorio vel non possidentium siue liberius, siue restrictius Religionis exercitium pro ipsis paecti fuerint, id quod eo magis extra omne dubium possum videtur ei, qui nouit, quantus sit fauor in Instrumento Pacis Anni decretorii, qui sane non patitur, ut eorum, qui in Anno illo decretorio priuatum Religionis cultum exercebant, et eorum, qui nullo plane exercitio vtebantur, Iura sint paria. Magni vero momenti obseruationem hanc esse in tristi et decantata emigrationis materia, suo loco apparebit.

## §. XVI.

## §. XVI.

Haec cum ita sint, et, prout infra deducenda docebunt clarius, ipsi quoque rei naturae apprime conueniant, sequitur porro: si in Instrumento aliquo publico Exercitii Religionis priuati fiat mentio, minime hoc esse restrin-gendum ad domesticum, neque vicissim, si de domestico sermo sit, extendendum id esse ad cultum religiosum priuatum. Neque tamen et hic captare verba fas est, sed respiciendum vtique primario ad mentem, de qua si aliunde constet, recedendum tantisper erit a consueta alias regula. E. g. in Reuersalibus supra §. 3. citatis habetur quidem, cultum Religionis R. Catholicae Ludouicburgensi-bus indultum intra cancellos *deuotionis priuatae* esse redu-cendum, interim tamen apertum est, merum hic intelligi. Exercitium domesticum, non solum ex eo, quod in Anno decretorio in vniuerso Ducatu Würtembergico nullus plane Catholicis cultus fuerit permisus, sed et ex eo vel maxi-me, quod mox prouocetur ad §. 34. Art. 5. Instr. Pac. qui de deuotione tantum agit domestica, ceu probatum pau-lo ante dedimus. Cautelae tamen loco est et praestat, ne vel cauillationibus, vel dubiis pro re nata vtique specio-sis ansa praebeatur, vt vnaquaque dicti Exercitii Religio-nis species nominibus eidem conuenientibus atque pro-priis exprimatur atque indigitetur.

## §. XVII.

Differt ergo Exercitium Religionis priuatum a do-mestico; at in quonam proprie consistit illa differentia? Acu rem tetigit Illustris et nunquam non honorificentissi-me compellandus mihi BOEHMER VS *in cit. Diff. de priuat. Legator. sacris Cap. I. §. 14.* vbi haec habet. *Sacra domestica consistunt in piis precibus et meditatione Verbi Diuini sine administratione Sacramentorum --- Proinde sa-cra priuata hic dicuntur, quae in excrcitio vniuersi cultus Di-*

uini, et sic etiam in administratione Sacramentorum confi-  
stunt, ut tamen nec publica autoritate, nec publicis in locis,  
nec publicis impensis fiant, sed vel a singulis patribus fami-  
lias, vel a quibusdam congregatis adornentur, interim tamen  
per ordinatum Ecclesiae Ministrum expediantur. Coincidunt,  
quae ad saepius citatum §. 34 commentatur Ill. HENNI-  
GESIVS in Meditat. ad Instr. Pac. p. m. 516. Domestica,  
ait, deuotio consistit in eo, cum pater familias sine Sacerdote  
vel Ministro Verbi ad id conducto domi suae pro se liberisque  
et reliqua Familia legendo Scripturas et conciones, psallen-  
doque Deuotioni vacat, et hoc modo se suosque docendo adhor-  
tandoque in pietate et amore erga Deum et proximum pro-  
mouere studet. Quoniam igitur hic gradus ultimus Sacer-  
dotem aut Parochum, qui Sacris faciendis et Deuotioni prae-  
fit, non admittat, sed opera tantum Patris familias aut alius  
ex Familia rem omnem metiatur: vtique ex eo etiam sequi-  
tur, domesticae Deuotionis exercitio non comprehendi, quae si-  
ne persona Ecclesiastica ad cultum Diuinum rite ordinata ex-  
pediri vel administrari nequeunt, vti est Baptismus Infantum  
extra casum nocessitatis. confessio auricularis, administratio  
sacrae Coenae. indicio ieunii et dierum poenitentialium, Co-  
pulatio matrimonialis, celebratio Funebrium et his similia.  
Repte enim Viros hos Illustres rationes hic suas subduxisse  
clarius patebit, quando mihi dabitur, in naturam Ex-  
ercitii Religionis domestici per partes eius singulas eundo,  
ad ductum Art. 5. §. 34. Instr. Pac. Westph. eiusdemque  
Historiae supra contextae curatius inquirere; at quo mi-  
nus hoc a me fiat in praesenti Schediasmate, imo et hoc,  
vt porro monstrem, suos et hanc Exercitii Religionis spe-  
ciem habere gradus; vt examini subiiciam: quibusnam  
personis indulgeri necessario debeat domesticum Religio-  
nis exercitium et in quantum? denique et: an is, qui in  
Anno decretorio domestici cultus possessione gauisi sunt,  
emi.

emigratio possit iniungi? et si quae alia huc spectantia re-  
stant, quo minus, inquam, hoc iam fiat, vetant praegnan-  
tissimae illae sub initium harum pagellarum productae  
rationes; claudamus ergo (inuiti licet, cum praecipua  
utique huius materiae pars ita intacta supersit,) aperien-  
dos iterum, quando prona, et, ut spero, vix defutura oc-  
casio sepe offeret, nostros riuulos, et agamus iam id, cu-  
ius gratia omnia haec sunt praemissa.

Nostis scilicet, Academiae Rector Magnifice, Proce-  
resque et literariae huius, et militaris, et ciuilis Reipubli-  
cae nostrae atque Ciues, quodnam a Potentissimo Rege  
nostro officium mihi nuper fuerit concreditum; meum  
est modo, ut ad obeundum illud alacriter atque fideliter  
me accingam, prius autem, quam ipsi officio me ingeram,  
pro antiqua inclytæ huius Academiae obseruantia verba  
publice de nobiliori quodam argumento ad Vos faciam.  
Fiet hoc proxima die Martis, quae huius decurrentis men-  
sis erit decima nona, et dicam quidem:

de nonnullis mediis, tum Academiis, in specie Fa-  
cultatibus, quas vocant, Iuridicis famam conciliandi,  
conciliatamque seruandi illaesam, tum easdem Aca-  
demias atque Facultates ita adornandi, ut fructus  
inde in Rempublicam redundant longe vberiores et  
plane vherimi.

Graues mihi causæ sunt in promtu, quae, ut Thema hoc  
in vernacula tractetur, facile mihi persuasere; equidem  
receptis moribus morem alias gero quam lubentissime;  
cur vero haec quoque Regula exceptionem non patere-  
tur? Nulla sane Lege, quod sciam, tenemur, ad haben-  
das Latino Idiomate Orationes Inaugurales; neque pla-  
ne nouum est hoc meum institutum, ipse auditor interfui  
solenni Actui, cum Illustris BVLFING ER VS (quem  
Latina callere quis est qui ambigat?) munus Professorium

Ora-

Oratione Germanica Tübingae auspicaretur; forma dat quidem, vt aiunt, esse rei, non autem Formalitates, hisce vtimur et non vtimur, prout id suadet res ipsa et suprema omnium Lex, bonum publicum. Indulgebitis ergo, (ita de humanitate Vestra et prolixa in me benevolentia confido,) hanc licentiam et praesentia Vestra honorifica, quotquot Vestrum Academiis non solum, sed et mihi, et literis bene cupitis, calcar in stadio mihi praefixo decurrere incipienti addetis, eoque ipso me ad exhibenda et Vobis eo fereniori animo pro tenui mearum virium modulo quaevis humanitatis officia quam plurimum deuin-  
cietis. Scripseram haec die 13. Iunii in officia  
A. MDCC XXXVI.



Coll. diss. A. 202, misc. 18